

rem. *Chrysostomus* (hom. 33.) Hæc principum Judæorum erat accusatio, quoniam pastores existerent, ea quæ luporum erant ostendebant: non solum enim non emendabant multitudinem, sed & nocebant eorum profectui. Illis enim admirantibus, & dicentibus, *Numquam apparuit sic in Israel*, & contrario dicebant, quoniam in principe dæmoniorum eiecit dæmonia. *Remigius*. Postquam autem Dei Filius de cælo prospexit in terram, ut audiret gemitus compeditorum, mox multa mæsis cepit augeri: turbæ namque humani generis fidei non appropinquassent, nisi quia auctor humanæ salutis de cælis prospexit in terram: & ideo sequitur. *Tunc dixit discipulis suis: Mæsis quidem multa, operarii autem pauci. Glossa.* (a) Mæsis ergo dicuntur homines, qui possunt meti à prædicato-ribus, & de collectione perditorum separari, ut grana excussa à paleis, postea in horreis reponantur. *Hieronymus*. Mæsis multa, populorum signat multitudinem; operarii pauci, penuriam magistrorum. *Remigius*. Parvus enim erat numerus Apostolorum ad comparationem tantarum segetum. Hortatur autem Dominus suos prædicatores, idest Apostolos, & eorum sequaces, ut quotidie sui numeri augmentationem exposcant: unde subdit. *Rogate ergo dominum mæsis ut mittat operarios in messem suam. Chrysostomus* (hom. 33.) Latenter seipsum Dominum ostendit: ipse enim est qui mæsis est dominus. Si enim metere misit quæ Apostoli non seminaverunt, manifestum est quoniam non aliena metere misit, sed ea quæ ipse per Pro-

(1) *M.* numerum.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Ex Anselmo, ut supra, non ex Glossa quæ nunc est desumitur.

CAPUT X.

(a) **E**T convocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem discipulorum nomina sunt hæc. Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater ejus, Philippus, & Bartholomæus, Jacobus Zebedæi, & Joannes frater ejus, Thomas, & Matthæus publicanus, & Jacobus Alphaï, & Thadæus, Simon Chananaeus, & Judas Scarioth, qui & tradidit eum.

(b) Hos duodecim misit Jesus, præcipiens eis, & dicens: In viam Gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis; sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel. Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquavit regnum cælorum. Infirmos curate, mortuos suscitare, leprosos mundate, dæmones eicite: gratis accepistis, gratis dare.

(c) Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in viâ, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus est enim operarius cibo suo.

(d) In quantumque autem civitatem, aut castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exieris. Intrantes autem in domum salutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam;

phetas seminavit. Sed cum duodecim Apostoli sint operarii, dixit: *Deprecamini dominum mæsis ut mittat operarios in messem suam*: & tamen nullum eis adjecit, quia scilicet eos jam duodecim existentes multiplicavit, non (1) numero adjiciens, sed virtutem largiens. *Remigius*. Vel tunc augmentatus est quando designavit & alios septuaginta duos, & quando sunt facti multi prædicatores. Spiritu Sancto descendente super credentes. *Chrysostomus* (hom. 33.) Ostendit autem quam magnum donum sit hoc, scilicet ut aliquis habeat virtutem decenter prædicandi, per hoc quod dicit hoc esse orandum. Commemorat autem in hoc loco verborum Joannis de area, & ventilabro, & palea, & frumento. *Hilarius* (can. 10. in Matth. parum à princ.) Mystice autem, & castella omnia, virtute, & ingressu Christi illuminantur, & omnem infirmitatem veterem languoris evadunt. Immundi autem spiritus dominante violentia vexatam, & sub legis onere ægrotam plebem Dominus miseretur: quia nullus adhuc eis pastor erat custodiam Sancti Spiritus redditurus. Erat autem doni istius copiosissimus fructus, cujus copia haurientium multitudinem vincit: nam quantumlibet assumatur à cunctis, ad largiendum tamen semper exuberat: & quia plures esse utile est per quos ministraret, rogari dominum mæsis jubet, ut ad capendum quod præparabatur donum Spiritus Sancti, messorum copiam Deus præstet: per orationem enim noc minus à Deo nobis effunditur.

eam; si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati.

(e) Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cavete ab hominibus; tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsides, & ad Reges ducemini propter me, in testimonium illis, & Gentibus.

(f) Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.

(g) Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium; & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient; & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

(h) Cum autem persequerentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis: non consummabitis civitates Israel, donec veniat Filius hominis.

(i) Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister ejus, & servo sicut dominus ejus. Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus?

(k) Ne ergo timeatis eos. Nihil enim est opertum quod non reveletur, & occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.

(l) Nonne duo passeris assè vevunt; & unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos.

(m) Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cælis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis est.

(n) Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suam; & inimici hominis, domestici ejus.

(o) Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus; & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus; & qui non accipit crucem suam, & sequitur me non est me dignus. Qui invenit animam suam, perdet illam; & qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam.

(p) Qui recipit me, me recipit; & qui recipit me, recipit eum qui me misit. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet; & qui recipit justum in nomine justii, mercedem justii accipiet; & quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigide tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

(a) **G**lossa. (a) A curatione socrus Petri usque huc continuationem habuerunt relata miracula; & fuerunt ante sermonem in monte habitum facta: quod ex electione Matthæi, quæ inter ipsa refertur, indubitanter habemus: fuit enim unus de duodecim electus in monte ad apostolarum. Hic autem redit ad ordinem rei, sicut gesta est, post curatum centurionis servum, dicens: *Et convocatis duodecim discipulis. Remigius*. Narraverat enim su-

pra Evangelista, quia cohortatus est Dominus discipulos rogare dominum mæsis ut mitteret operarios in messem suam; & quod hortatus est, hoc nunc implere videtur. Duodenarius enim numerus perfectus est: nascitur enim à senario, qui perfectionem habet, eo quod ex suis partibus, quæ sunt unum, duo, & tria, in seipsum formatur: senarius autem numerus duplicatus duodenarius gignit. *Glossa* (b) Quæ quidem duplicatio ad duo præcepta caritatis, vel ad

EX EDIT. P. NICOL. (a) Nempè collateralis ad initium cap. 10. quod incipit ab illis verbis: *Videns autem turbas miserosus est eis*, etiam accomodetur; & applicetur illis à quibus hic incipit. (b) Non est in Glossa quæ nunc extat, neque in Anselmo, vel alibi occurrit: etsi pars ejus prima quoad præcepta caritatis ex Gregorio sumi potest hom. 17. in Evang. super illud Luc. 10. *Misit illos binos, etc.*

ad duo testamenta pertinere videtur. *Rabbanus*. Duodenarius etiam numerus, qui conficitur ex ternario, & quaternario, designat eos per quatuor mundi climata fidem sanctæ Trinitatis prædicatores. Iste etiam numerus per multas figuras in veteri testamento præsignatus est. Per duodecim filios Jacob, per duodecim principes filiorum Israel, per duodecim fontes viventes in Helim, per duodecim lapides in rationali Aaron, per duodecim panes propositionis, per duodecim exploratores à Moyse missos, per duodecim lapides unde factum est altare, per duodecim lapides sublatos de Joidane, per duodecim boves qui sustinebant mare æneum. In novo etiam testamento per duodecim stellas in corona sponsæ, per duodecim fundamenta Hierusalem, quæ vidit Joannes, & per duodecim portas. *Chrysostrmus* (hom. 33.) Non solum autem eos confidere fecit, eorum ministerium vocando missionem in messem, sed & faciendo eos potentes ad ministerium: unde sequitur: *Dedit illis potestatem spirituum immandorum, ut egerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Remigius.* In quo aperte demonstratur quia vexatio turbarum non fuit tantum una, aut simplex, sed varia: & hoc est miserere turbis, dare discipulis potestatem curandi, & sanandi eas. *Hieronymus* (in princ. Commen. in cap. 10. Matth.) Benignus enim, & clemens dominus, ac magister non invidet servis, atque discipulis virtutes suas; & sicut ipse curaverat omnem languorem, & infirmitatem, Apostolis quoque suis tribuit potestatem, ut curent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Sed multa differentia est inter habere & tribuere, donare & accipere. Iste quodcumque agit, potestate domini agit; illi, si quid faciunt, imbecillitatem suam, & virtutem domini constituent dicentes (Act. 3.) „In nomine Jesu surge, & ambula.“ Catalogus autem Apostolorum ponitur, ut extra hos, qui pseudoapostoli sunt, excludantur: unde sequitur: *Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus Simon qui vocatur Petrus, & Andreas frater ejus. Ordinem quidem Apostolorum, & meritum uniuscujusque, illius fuit distribuere qui cordis arcana rimatur. Primus scribitur Simon cognomine Petrus, ad distinctionem alterius Simonis qui appellatur Chananæus de vico Galilææ Chana, ubi Dominus aquas convertit in vinum. *Rabbanus*. Idem est autem Græce, sive Latine Petrus, quod Syriace Cephas; & in utraque lingua nomen à petra derivatum est. Nec dubium quin illa de qua Paulus ait 1. Corinth. 10., Petra, autem erat Christus.“ *Remigius.* Fuerunt au-*

(1) *Al.* obediunt. (2) *Al.* anir.

tem nonnulli qui in hoc nomine, Græco scilicet, atque Latino, quod est Petrus, quærentes Hebraicæ linguæ interpretationem dixerunt, quod interpretatur discipulans, sive discipulans, vel agnoscens. Sed illi qui hoc dicunt, duabus tenentur contrarietatibus. Prima est ex proprietate Hebraicæ linguæ, in qua *p.* non exprimitur, sed loco ejus *ph.* ponitur. Unde Pilatum dicunt Philatum. Secunda ex interpretatione Evangelistæ, qui narrat Dominum dixisse (Joan. 1.) „Tu vocaveris Cephas,“ & ipse de suo addit: „Quod interpretatur Petrus.“ Simon interpretatur obediens: (1) obediuit enim verbis Andree, & cum eo venit ad Christum, sive quia obediuit præceptis divinis, & quia ad unius jussionis vocem secutus est Dominum; sive, ut quibusdam placet, interpretatur deponens maiorem, & audiens tristitiam: Dominus enim surgente deposuit maiorem dominicæ passionis, & tristitiam audivit, dicente ei Dominus (Joan. 21.) „Alius te cinget, & ducet, quo tu non vis.“

Sequitur: *Et Andreas frater ejus. Chrysostrmus* (hom. 33.) Non parva autem & hæc laus est. Petrum enim denominavit à virtute. Andream vero à nobilitate, quæ est secundum morem, in hoc quod cum fratrem Petri dixit. Marcus autem post duos vertices, scilicet Petrum, & Joannem, Andream numerat; hic autem non ita: Marcus enim secundum dignitatem eos ordinavit. *Remigius.* Andreas autem interpretatur virilis. Sicut enim apud Latinos à viro derivatur virilis, ita apud Græcos ab (2) (*andros*) derivatur Andreas. Bene autem virilis dicitur, quia relictis omnibus secutus est Christum, & viriliter in mandatis ejus perseveravit. *Hieronymus* (super *Primum Simon qui dicitur Petrus*): Evangelista autem paria juga Apostolorum quæque confociat. Jungit enim Petrum, & Andream fratres, non tam carne, quam spiritu. Jacobum, & Joannem qui patrem corporis relinquentes, verum patrem secuti sunt: unde sequitur: *Jacobus Zebedæi, & Joannes frater ejus.* Jacobum quoque appellat Zebedæi, quia & alius sequitur Jacobus Alphaei. *Chrysostrmus* (hom. 33. in Matth.) Vide autem quia non secundum dignitatem ordinat. Mihi enim videtur Joannes non aliis solum, sed etiam fratre major esse. *Remigius.* Interpretatur autem Jacobus supplantans, sive supplantator: quia non solum vitia carnis supplantavit, sed etiam eandem carnem Herode trucidante contempsit. Joannes interpretatur Dei gratia, quia præ omnibus diligenti à Domino meruit: unde ob præcipui amoris gratiam, supra pectus Domini in-

in cena recubuit. Sequitur: *Philippus, & Bartholomæus.* Philippus interpretatur os lampadis, sive lampadarum, quia lumen quo illuminatus est à Domino, mox invento fratri per officium oris studuit propinare. Bartholomæus Syrum nomen est, non Hebræum, & interpretatur filius suspendentis aquas, idest Christum, qui corda suorum prædicatorum de terrenis ad cælestia sublevarat, & suspendit, ut quo magis cælestia penetrant, eo corda suorum auditorum gutta sanctæ prædicationis magis inebriant, & infundant.

Sequitur: *Thomas, & Mattheus publicanus.* *Hieronymus* (loc. cit.) Ceteri Evangelistæ in conjunctione nominum primum ponunt Mattheum, postea Thomam; nec publicani nomen adscribunt, ne antiquæ conversationis recordantes fugillare Evangelistam viderentur: iste vero & post Thomam se ponit, & publicanum appellat, ut ubi abundavit peccatum, superabundet & gratia. *Remigius.* Thomas autem interpretatur abyssus, sive geminus, qui Græce dicitur Didymus. Bene autem Didymus abyssus interpretatur, quia quo diutius habitavit, eo profundius effectum dominicæ passionis credidit, & mysterium divinitatis agnovit: unde dixit (Joan. 20.) „Dominus meus, & Deus meus.“ Mattheus autem interpretatur donatus, quia Dei munere de publicano Evangelista factus est.

Sequitur: *Et Jacobus Alphaei, & Thadæus.* *Rabbanus* (super *Jacobus Alphaei, & Thadæus*) Iste Jacobus est qui in Evangelistis frater Domini nominatur, & etiam in Epistola ad Galatas: quia Maria uxor Alphaei, soror fuit Mariæ matris Domini, quam Joannes Evangelista Mariam Cleophae nominavit: fortasse quia idem Cleophae & Alphaei est dictus. Vel ipsa Maria, defuncto Alphaeo, post Jacobum natum, nupsit Cleophae. *Remigius.* Et bene dicitur, *Filius Alphaei*, idest iusti, sive docti: quia non solum vitia carnis supplantavit, sed etiam curam carnis contempsit, nam cuius meriti fuerit, testes sunt Apostoli qui eum Episcopum Hierosolymitanæ Ecclesiæ ordinaverunt: unde & ecclesiastica Historia inter cetera de eo dicit, Quia carnem numquam comedit, & vinum, & siceram non bibit, balneis, & lineis vestibus non est usus, die nocteque flexis genibus orabat. Adeo etiam magni meriti fuit ut ab omnibus iustus vocaretur. Thadæus autem ipse est quem Lucas Judam dicit. *Thom. Oper. Tom. VIII.*

(1) *Al.* illuminatos. (2) *Al.* bene, ut. Ex edit. P. N. COL. (2). Nec in Glossa quæ nunc extat, nec in Anselmo, nec alibi occurrit. Quod autem subjungitur ex Augustino, Glossa refert. (b) Quod sub Rabbanii nomine sequitur, sumptum est ex Ambrosio in 6. Lucæ capitulum.

Jacobi, idest fratrem Jacobi appellat; cuius Epistola in Ecclesia legitur, in qua de fratre Jacobi nominat. *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 30. inter princ. & med.) Nonnulli autem codices habent *Lebbæum*. Quis autem umquam prohibuit duobus, vel tribus nominibus unum hominem vocari? *Remigius.* Judas autem interpretatur confessus, eo quod Filium Dei confessus sit. *Rabbanus.* Thadæus autem, sive Lebbæus interpretatur corculus, idest cordis cultor.

Sequitur: *Simon Chananæus, & Judas Scarioth, qui & tradidit eum.* *Hieronymus* (super *Simon Chananæus*): Simon Chananæus ipse est qui ab alio Evangelista scribitur Zelotes, Chana quippe zelus interpretatur. Judas autem Scarioth, vel à vico in quo ortus est, vel ex tribu Iachar vocabulum sumpsit, ut quoddam vaticinio in condemnationem sui natus sit. Iachar enim interpretatus est merces, ut significetur pretium proditoris. *Remigius.* Interpretatur autem Scarioth memoria Domini, quia secutus est Dominum; sive memoriale mortis, quoniam meditatus est in corde suo ut Dominum traderet in mortem; seu suffocatio, quia seipsum strangulavit. Et sciendum, quod duo discipuli hoc nomine sunt vocati, per quos omnes Christiani designantur: per Judam Jacobi illi qui in confessione fidei perseverant, per Judam Scariothem illi qui relicta fide retro convertuntur. *Glossa.* (a) Duo & duo nominata exprimentur, ut jugalis societas approbetur. *Augustinus* 18. de Civitat. Dei (cap. 4.9) Elegit ergo hos in discipulos, quos & Apostolos nominavit, humiliter natos, inhonoratos, (1) illiteratos, ut quicquid magnam essent, & facerent, ipse in eis esset, & faceret. Habuit inter eos unum quo malo utens (2) bene & suæ passionis impleret dispositum, & Ecclesiæ suæ tolerandorum malorum præberet exemplum. *Rabbanus* (b) (super *Judas Scarioth*). Qui etiam non per imprudenciam inter Apostolos eligitur: magna est enim veritas quam nec adversarius minister infirmat. Voluit etiam à discipulo prodii, ut tu à socio proditus, modeste feras tuam errasse iudicium, perisse beneficium.

(b) *Glossa.* Quia manifestatio spiritus, ut Apostolus dicit, ad utilitatem Ecclesiæ datur, post datam Apostolis potestatem, mittit eos ut potestatem ad aliorum utilitatem exequantur, unde dicitur: *Hos duodecim misit Jesus. Chry-*

folomus (homil. 33. in Matth.) Attendite autem opportunitatem missionis. Postquam enim viderunt mortuum fuscitantem, mare increpantem, & cetera huiusmodi, & sufficienter virtutis ejus demonstrationem susceperant per verba, & per opera, tunc eos mittit. *Glossa*. (a) Mittens autem docet eos quo eant, quid prædicent, & quid faciant. Primo quidem quo eant: unde dicitur: *Præcipiens eis, & dicens: In viam Gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis; sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel.* Hieronymus (super *In viam Gentium ne abieritis*). Non est autem contrarius locus iste ei præcepto quo postea dicitur (infra 28.) *Euntes docete omnes gentes*: quia hoc ante resurrectionem, illud post resurrectionem præceptum est. Et oportebat primum adventum Christi nuntiare Judæis, ne justam haberent excusationem, dicentes, ideo à se Dominum rejecisse, quia ad Gentes, & Samaritanos Apostolos miserit. *Chrysostromus* (hom. 33.) Ideo etiam primo ad Judæos mittit, ut quasi in quadam palestra in Judæa exercitati, ad agones orbis terrarum intrarent, & velut quosdam pullos debiles ad volandum eos inducens. *Gregorius* in hom. (4. in Evan.) Vel quia pænis soli Judææ voluit, & postmodum Gentibus prædicari, quatenus Redemptoris nostri prædicatio à propriis repulsa gentiles populos quasi extraneos quæreret. Erant etiam tunc quidam qui de Judæa vocandi essent, & de Gentilibus vocandi non essent, qui nec ad vitam reparari mererentur, nec tamen gravius de contempta prædicatione judicari. *Hilarius* (can. 10. in Matth.) Legis etiam (1) lectio obtinere privilegium Evangelii debebat, hoc minus Israel sceleris sui excusationem habiturus, quod plus secularitatis in admonitione sensit. *Chrysostromus* (hom. 33.) Item ne estimarent, quia Christo conviciabantur, & dæmoniacum eum vocabant quod propter hoc eos odio haberet, primum eos emendare studuit, & ab omnibus aliis discipulos (2) abducens, eis medicos, & doctores mittit; & non solum prohibuit aliis annuntiare antequam Judæis sed neque viam quæ ad Gentes fert, partingere concedebat: quod signat cum dicit: *In viam Gentium ne abieritis*. Et quia Samaritani contrarii erant Judæis, quamvis faciliores essent ut converterentur ad fidem; tamen neque Samaritanis priusquam Judæis prædicari permisit: unde dicit:

(1) P. Nicolai habet latio. (2) Al. adducens. (3) Forte abcedentes. (4) P. Nicolai legit elementorum. (5) Idem habet ministerii. (6) Al. elogiis. (7) Al. & quod.
- Ex edit. P. Nicol. (a) Insinuat Anselmus, ut & ea quæ sub *Glossa* nomine inferius adducuntur, ad eandem divisionem pertinentia. (b) Non est in *Glossa* quæ nunc extat, sed in Anselmo.

Et in civitates Samaritanorum ne intraveritis. *Glossa*. (b) Samaritani quidem fuerunt Gentiles dimissi in terra Israel à Rege Assyriorum post captivitatem ab eo factam, & multis periculis coacti ad Judaismum sunt conversi, circumcisionem, & quinque libros Moysi recipientes, cetera vero omnino abhorrentes: unde Judæi Samaritanis non contuebantur. *Chrysostromus* (hom. 33. in Matth.) Ab his ergo discipulos avertens, ad filios Israel mittit, quos oves pereuntes vocat, non (3) abscondentes, undique veniam eis excogitans, & attrahens eorum mentem. *Hilarius* (can. 10. post prin.) Quotient licet oves vocentur, in Christum lapidorum, ac viperarum linguis, & faucibus fræsiorunt. *Hieronymus* (super *In viam Gentium ne abieritis*). Juxta tropologiam vero præcipitur nobis, qui Christi censuram nomine ne, in viam gentium, & hæreticorum ambulemus errorem, ut quorum religio separata est, sepatetur & vita. *Glossa*. Postquam autem docuit eos quo eant, insinuat quid prædicent: unde subditur: *Euntes autem prædicare dicentes, quia appropinquabit regnum celorum.* *Rabbanus* (super *Appropinquabit regnum celorum*). Hic appropinquare dicitur regnum celorum per collatum nobis fidem invisibilis creatoris, non aliqua motione (4) electorum. Recte autem celi vocantur sancti, qui Deum fide retinent, & diligunt caritate. *Chrysostromus* in hom. (33. ante med.) Vides (5) mysterii magnitudinem, vides Apostolorum dignitatem. Nihil sensibile præcipiunt dicere, ut Moyses, & Prophetæ: sed nova quædam, & inopinata: illi enim terrena bona prædicaverunt, hi autem regnum celorum, & omnia quæ illis sunt bona. *Gregorius* in homil. (4. in Evan.) Adjuncta sunt autem prædicatoribus sanctis miracula, ut fidem verbis daret virtus offensâ, & nova facerent qui nova prædicarent: unde sequitur: *Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, dæmones ejicite.* *Hieronymus* (super *Euntes prædicare*). Ne enim hominibus rusticis, & absque (6) eloqui venustate, indoctis, & illiteratis nemo crederet pollicentibus regna celorum, dat potestatem prædicta faciendi, ut magnitudinem promissorum probet magnitudo signorum. *Hilarius* (can. 10. post init. aliquantulum). Tota autem virtutis dominicæ potestas in Apostolis reteritur: (7) ut qui in Adam imagine, & similitudine Dei erant figurati, nunc perfectam

Christi

Christi imaginem (1) sortiantur; & quicquid malorum Adæ corpori satanæ infectus intrulerat, hoc rursum ipsi de communione dominicæ potestatis emendat. *Gregorius* in hom. (29. in Evang.) Hæc autem signa in exordio Ecclesiæ necessaria fuerunt: ut enim fides cresceret creditum, miraculis erat nutrienda. *Chrysostromus* (ibidem) Postea autem steterunt, reverentia fidei ubique plantata. Si autem, & postea facta sunt, pauca & rara fuerunt: consuetudo enim est Deo talia facere cum aucta fuerint mala: tunc enim suam demonstrat potentiam. *Gregorius* in hom. (29. in Evan. ante med.) Sancta tamen Ecclesia quotidie spiritaliter facit quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat; quæ nimirum tanto majora sunt, quanto per hæc non corpora, sed animæ suscitantur. *Remigius*. Infirmi quippe sunt ignavi, qui non habent vires bene vivendi; leprosi sunt immundi opere, vel delectatione carnali; mortui sunt qui opera mortis agunt: dæmoniâci sunt qui in potestate diaboli sunt redacti. *Hieronymus* (super *Euntes autem prædicare*). Et quia semper dona spiritalia, si merces media sit, viliora sunt, adjungitur avaritiæ condemnatio, cum subdit: *Gratis accepistis, gratis date*; quasi dicat: Ego magister, & dominus absque pretio vobis hoc tribui; ergo & vos sine pretio date. *Glossa*. Hoc autem dicit ne Judas, qui loculos habebat, & prædicta potestate pecuniam congregare vellet, damnans etiam hic perfidiam simoniacæ hæreseos. *Gregorius* in hom. (4. ut supra.) Prædicabat namque nonnullos donum accepti spiritus in usum negotiationis inflectere, & miraculorum signa ad avaritiæ obsequium declinare. *Chrysostromus* (in hom. 33.) Vide autem qualiter morum diligentiam non minus habet quam signorum, monstrans quoniam signa sine his nihil sunt. Etenim superbiâ eorum comprimit dicens, *Gratis accepistis*; & ab amore pecuniarum mundos esse præcipit dicens, *Gratis date*. Vel ut non videatur eorum esse beneficium ait, *Gratis accepistis*; quasi dicat: Nihil vos de vestro largimini suscipientibus: neque enim mercede hoc accepistis, neque laborantes in ea gratia: *Gratis enim accepistis*; ita igitur aliis date neque enim est condignum præmium eorum invenire.

(c) *Chrysostromus* (hom. 33.) Quia spiritualium mercationem supra Dominus prohibuerat, consequenter radicem omnium malorum evellens ait: *Nolite possidere aurum, neque argentum.* *Hieronymus* (super *Nolite possidere aurum*). Si enim sic prædicant ut pretium non ac-

cipiant, superflua est auri, & argenti, numerumque possessio: nam si hæc habuissent, videbantur non causa salutis hominum, sed causa lucri prædicare. *Chrysostromus* (hom. 33.) Per hoc ergo præceptum primo quidem discipulos facit non esse suspectos; secundo ab omni eos liberat sollicitudine, ut vacationem omnem tribuant verbo Dei; tertio docet eos suam virtutem. Hoc nempe eis postea dixit (Luc. 22.) „ Numquid aliquid defuit vobis, quando mihi, si vos sine sacculo, & pera? ” *Hieronymus* (ut supra.) Qui autem divitias detruncaverat, quæ per aurum, & argentum, & res signantur, propemodum & vitæ necessaria amputat, ut Apostoli doctores veræ religionis, qui insituebant, omnia Dei providentia gubernari, seipsos offenderent nihil cogitare de crastino. *Glossa*. Unde addit: *Neque pecuniam in zonis vestris*. Duo enim sunt genera necessaria: unum quo emuntur necessaria, quod intelligitur per pecuniam in zonis; aliud ipsa necessaria, quod intelligitur per peram. *Hieronymus* (ibid.). Per hoc autem quod dicit, *Neque peram in via*, arguit Philosophos qui vulgo appellantur (2) Bactropæritæ, quod contemptores sæculi, & omnia pro nihilo ducentes, cellarium secum vehant. Sequitur, *Neque duas tunicas*. In quibus tunicis duplex mihi videtur innuere vestimentum non quod in locis Scythiæ, & glaciali (3) nive rigentibus, una quis tunica debeatur esse contentus; sed quod in tunica vestimentum intelligamus, ne alio ducentes, aliud nobis futurorum timore referveremus. Sequitur, *Neque calcamentata*. Et Plato etiam præcipit illas duas corporis summitates non esse velandas, nec esse sufficere debere mollitiæ capitis, & pedum: cum enim hæc habuerint firmitatem, cetera robustiora sunt. Sequitur, *Neque virgam*: qui enim Domini habemus auxilium, baculi præsidium que queramus? *Remigius*. Ostendit etiam Dominus his verbis, quia sancti prædicatores revocati sunt ad primi hominis dignitatem: qui quamdiu cælestes possedit thesauros, ista non concupivit; sed mox ut peccando illa amisit, ista desiderare cepit. *Chrysostromus* in hom. (33. à medio.) Felix autem est ista commutatio: nam pro auro, & argento, & huiusmodi, accepit potestatem curandi infirmos, suscitandi mortuos, & alia huiusmodi: unde non à principio dixit eis: *Non possideatis aurum, vel argentum*; sed quando dixerat: *Leprosos mundate, dæmones ejicite*. Ex quo patet quod Angelos eos ex hominibus, ut ita dicam, constituit, ab omni solvens vitæ hujus sollicitudine: ut

(1) Al. sortiantur. (2) Al. bactæ operite. Corrigit ex Græco P. Nicolai Bactropæritæ. (3) Al. omittitur nive.

una sola detineantur cura, quæ est doctrina, à qua & eos solvit, dicens (infra hoc cap.) *Ne solliciti sitis quid loquamini*. Quare quod videtur esse valde onerosum, & grave, hoc maxime leve eis ostendit, & facile: nihil enim est ita jucundum, ut à cura, & sollicitudine erutum esse, & maxime cum possibile fuerit ab hac erutus in nullo minorari, Deo presente, & pro omnibus nobis effecto. *Hieronymus* (super *Nolite possidere*). Et quia nudos quodammodo, & expeditos ad prædicandum Apostolos miserat, & dura videbatur esse conditio magistrorum; severitatem precepti sequenti sententia temperavit, dicens: *Dignus est enim operarius cibo suo*; quasi dicat: Tantum accipite quantum in vestitu, & victu vobis necessarium est: unde Apostolus 1. *Timoth. 6.*, Habentes victum, & vestitum, his contenti simus: & alibi (Galat. 6.) Communicet is qui catechizatur ei quise casus, terribit in omnibus bonis: ut quorum discipuli metant spiritalia, confortes faciant eos carnalium suorum, non in avaritiam, sed in necessitatem. *Chrysostomus* (homil. 33.) A discipulis autem Apostolos cibari oporteat, ut neque ipsi magna saperent adversus eos qui docebantur, sicut omnia præbentes, & nihil accipientes, neque rursus illi abscedant, quasi ab his despecti. Deinde ut non dicant Apostoli, Mendicantes ergo nos jubet vivere, & in hoc verecundarentur, monstrat hoc eis debitum esse, operarios eos (1) vocans, & quod datur mercedem appellans: non enim quia Apostolorum in sermonibus operatio erat, estimare debebant parvum esse beneficium quod præstabant; & ideo dicit: *Dignus est operarius cibo suo*. Hoc autem dixit, non quidem ostendens tanto pretio apostolice dignos esse labores, sed Apostolis legem inducens, & tribuentibus suadens, quia quod ab ipsis datur, debitum est. (2) *Augustinus* de Pastor. (cap. 2.) Non ergo est venale Evangelium, ut pro temporalibus prædicetur. Si enim sic vendunt, magnam rem (3) vili vendunt. Accipiant ergo prædicatores sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispensationis à Deo. Non enim à populo redditur quasi merces illis qui sibi in caritate Evangelii serviunt, sed tamquam stipendium datur, quo ut possint laborare, pascantur. *Augustinus* de Con. Evan. (Lib. 2. cap. 30.) Vel aliter cum dixerit Dominus Apostolis, *Nolite possidere aurum*, continuo subiicit: *Dignus est operarius cibo suo*; unde satis ostendit cur eos possidere hoc, ac ferre noluerit: non quod necessaria non sunt sustentationi hujus vitæ, sed quia

(1) Al. esse vocans. (2) Al. *Chrysostomus*. (3) Al. vilipendunt. (4) Al. Evangelizata. (5) P. Nicolai legit. Sed apparet potestatem dedisse Apostolis, in qua scirent sibi ista deberi.

sic eos mittebat ut eis hoc deberi demonstraret ab illis quibus Evangelium credentibus annuntiarent, tamquam stipendia militantibus. Apparet autem hic non præcepisse Dominum ita tamquam (4) evangelice vivere aliunde non debeant, quam eis præbentibus quibus annuntiant Evangelium: alioquin contra hoc præceptum fecit Paulus, qui victum de manuum suarum laboribus transigebat. (5) Sed apparet potestatem dedisse Apostolis, domum in qua starent, sibi ista debere. Cum autem à Domino aliquid imperatur, nisi fiat, inobediencia culpa est; cum autem à Domino potestas datur, licet cuique non uti, & tamquam de suo jure recedere. Hoc ergo ordinans Dominus, quod qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant, illa Apostolis loquebatur, ut securi non possiderent, neque portarent huic vitæ necessaria, nec magna, nec minima; ideo potissime significavit, cum dixit secundum Marcum (cap. 6.) ne quid tollerent in via nisi virgam tantum. Sed, & calcamentum cum dicit Mattheus in via non esse portanda, curam prohibuit, qua ideo portanda cogitatur ne desine. Hoc & de duabus tunicis intelligendum est, ne quisquam eorum præter eam qua esset indutus, aliam portandam putaret, sollicitus ne opus esset; cum ex potestate illa possit accipere. Proinde Marcus dicendo calcari eos sandalium, vel soleis, aliquid hoc calcamentum mysticæ significationis habere admonet, ut pes neque tectus sit desuper, neque nudus ad terram; idest, non occultetur Evangelium, nec terrenis commodis innitatur. Et quia non portari duas tunicas, sed expressis indui prohibet, monet non dupliciter, sed simpliciter ambulare. Ita Dominum omnia dixisse nullo modo dubitandum est, partim proprie, partim figurate; sed Evangelistas alia istum, alia illum inservisse scriptis suis. Quisquis autem putat non potuisse Dominum in uno sermone quædam figurate, quædam proprie ponere eloquia, cetera ejus inspicit, & videbit quam temere, atque ineradite arbitretur: quia enim Dominus monet ut nesciat sinistra quid facit dextera, ipsas elemosynas, & quicquid hic aliud præcipit, figurate accipiendum putabit. *Hieronymus* (super illud, *Nolite possidere aurum*). Hæc historice dixerimus cetera secundum analogem. Non licet magistris aurum, & argentum, & pecuniam quæ in zonis est possidere.

Au-

Aurum sepe legimus pro sensu, argentum pro sermone, æs pro voce: hæc non licet vobis ab aliis accipere, sed data à Domino possidere; neque hæreticorum, & philosophorum, perverseque doctrinae suscipere disciplinas. *Hilarius* (can. 10. in Matth.) Quia vero zona ministerii apparatus est, & ad efficacia operis præcinctio, per hoc quod æris in zona inhietur possessio, ne quid in ministerio venale sit admonemur. Admonemur etiam nec peram habere in via, curam, scilicet secularis substantia relinquendam: quia omnis thesaurus in terra periculosus est cordi illic futuro ubi condatur thesaurus. Dicit autem, *Non duas tunicas*: sufficit enim nobis semel Christus indutus; neque post intelligentiam veram, altera deinceps vel hæresis, vel legis veste induamur. Non calcamentum, quia in sancta terra, peccatorum spinis, atque aculeis non obfusa, ut Moyû dictum est, nudis pedibus statuti admonemur non alium gressus nostri habere quam quem accepimus à Christo (1) apparatus. *Hieronymus* (loc. cit.) Vel docet Dominus pedes nostros mortiferis vinculis non alligari, sed sanctam terram ingredientibus esse nudos, neque habere virgam qua veritatem in colubrum, neque in aliquo picendo carnis innit; quia hujusmodi virga, baculus arundineus est, quem si paululum presseris, frangitur, & manum transorat incumbentis. *Hilarius* (ibidem.) Potestatis autem externæ jure non sumus indigi, habentes virgam de radice Jesse.

(d) *Chrysostomus* in hom. (33.) Quia dixerat superius Dominus, *Dignus est operarius cibo suo*, ne crederetur propter hoc omnium eis januam aperire, multam diligentiam hic jubet facere de hospite eligendo: unde dicitur: *In quamcumque civitatem, aut castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit*. *Hieronymus* (super *In quamcumque civitatem*). Apostoli novam introeuntes urbem scire non poterant quis (2) qualis esset: ergo fama hospites eligendus est populi, & judicio vicinorum, ne prædicatoris dignitas, suscipiens infamia deturpetur. *Chrysostomus* in hom. (33. à med.) Qualiter ergo ipse Christus apud publicanum manebat? Quia scilicet dignus effectus erat ex conversione, hoc etiam non solum in gloriam eis proderat, sed in cibationem. Si enim dignus est, omnino dabit cibum; & maxime cum nihil amplius necessariis peteretur. Intende autem qualiter omnibus eos denudans, omnia eis dedit, permittens in domibus eorum qui docebantur, manere. Ita enim & ipsi à sollicitudinibus eruebantur, & aliis suadebant quoniam propter eorum adventum,

salutem solam, in hoc quod nihil deserebant, & nihil amplius necessarii expectabant. Et non ad omnes simpliciter introibant: non enim signis solum volebant eos claros apparere, sed magis virtute. Nihil autem ita virtutem designat, sicut non superfluis uti. *Hieronymus* (ibidem.) Hospes unus etiam eligitur non tribuens beneficium ei qui apud se mansurus est, sed accipiens: hic enim dicitur, *Quis in ea dignus sit*, ut magis se noverit accipere gratiam quam dare. *Chrysostomus* in hom. (33. à medio.) Intende autem quia nondum omnia eis tribuit: neque enim eis largitur ut sciant quis sit dignus, sed jubet scrutari: non solum autem dignos jubet querere, sed neque de domo in domum transferri, cum subdit: *Et ibi manete donec exieritis*; ut neque suscipientem contristat, neque ipsi opinionem accipiant levitatis, aut gulae. *Ambrosius* super Lucam (Lib. 5. in cap. 9. quater, discipuli se habere debeant.) Non ergo otiose domus, quam ingrediantur Apostoli, eligenda decernitur, ut mutandi hospitii causa non suppetat; non tamen eadem cautio receptori mandatur, ne dum hospites eligitur, hospitalitas minuatur.

Sequitur: *Intrantes autem domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui*. *Glossa* (in *Incertis*) Quasi diceret: Pacem hospiti precamini, ut sopiatur omnis repugnancia contra veritatem. *Hieronymus* (super illud, *Intrantes domum salutate*). In hoc etiam occulte (3) salutationem Hebraei, ac Syrii sermonis expressit. Quod enim Grece dicitur *Chere*, & Latine *Ave*, hoc Hebraico, Syroque sermone appellatur *Salemalach*, sive *Samalach*, idest pax tecum. Quod autem præcipit tale est: Introeuntes autem, pacem imprecamini hospiti, & quantum in vobis est, discordiæ bella sedate. Sin autem orta fuerint contradictio, vos mercedem habebitis de illata pace, illi qui habere noluerunt, bellum possidebunt: unde sequitur: *Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam; si autem non fuerit digna pax vestra ad vos revertetur*. *Remigius*. Quia scilicet aut erit quisque prædestinatus ad vitam, & cælestis verbum sequitur, quod audit; aut si nullus audire voluerit, ipse prædicator sine fructu non erit quia ad eum pax revertitur, quando ei à Domino pro labore sui operis recompenfatur. *Chrysostomus* in hom. (33.) Instruit ergo eos Dominus quod non propter hoc expectent ab aliis præsalutari, quia docebant; sed antecedere salutatione, alios honorando. Deinde monstrat quod non sola salutatio, sed benedictio, per hoc quod dicit: *Si fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam*. *Remigius*.

X 2

Do-

(1) Al. paratum. (2) Al. talis. (3) Al. Similitudinem.

(1)

Docuit ergo Dominus discipulos suos offerre pacem in introitu domus, ut salutatione pacis eligeretur domus digna, vel hospes; ac si patienter diceret: Omnibus offerre pacem: quia aut accipiendo dignos, aut non accipiendo indignos se manifestabant: quamvis enim fama populi dignus electus sit hospes; tamen salutandus est: aut magis sua dignitate prædicatores vocentur, quam ultro se ingerere videantur. Hæc autem pax paucorum verborum ad totam explorationem dignæ domus, vel hospitis potest referri. *Hilarius* (can. 10. in *Math.* par. ante med.) Salutatio ergo Apostoli domum cum pacis affectu; sed ita ut potius pax dicta sit, quam data. Porro autem pacem propriam, quæ viscera miserationis sunt, non oportere in eam venire nisi sit digna: quæ si digna reperta non fuerit, sacramentum pacis cælestis intra propriam Apostolorum conscientiam est continendum. In eos autem qui cælestis regni præcepta respuerint, egressu Apostolorum, & signo pulveris à pedibus excusis, æterna maledictio relinquatur: unde sequitur: *Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel de civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.* Existent enim in loco cum loco videtur esse communio. Totum ergo quod est illius domus, excusio pulvere pedum, relinquatur; nihilque fanitatis de insistentium Apostolorum vestigiis mutuatur. *Hieronymus* (super illud, *Excutite pulverem.*) Pulvis etiam excutitur de pedibus in testimonium laboris sui, quod ingressi sint civitatem, & prædicatio apostolica ad illos usque pervenerit. Sive excutitur pulvis, ut si tolerabilis erit terræ Sodomorum quam illi civitati quæ non recipit Evangelium, nihil ab eis accipiant, nec ad victum quidem necessaria, qui Evangelium spreverint. *Rabbanus* (super his verbis.) Vel aliter. Pedes discipulorum ipsum opus, incessumque prædicationis signant. Pulvis vero quo asperguntur, terrenæ levitas est cogitationis, à qua etiam summi doctores immanes esse nequeunt; cum pro auditoribus solliciti salubribus curis incessanter intendunt: & quasi per itinera mundi, uno calcaneo terræ pulverem legant. Qui ergo spreverint doctrinam docentium, sibi labores, & pericula, tædiumque sollicitudinum ad testimonium suæ damnationis inlectant. Qui vero receperint verbum, afflictiones, curaque doctorum quas pro se tolerabunt, in argumentum sibi vertunt humilitatis. Et ne levis culpa videatur esse Apostolos non recipere, subdit: *Amen dico vobis: tolerabilis erit terra Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicii quam illi civitati.*

(1) *Al. omittitur.* incessanter. (2) *Al. divisa.*

Hieronymus (super *Tolerabilis isti erit.*) Quia Sodomitis, & Gomorrhæis non fuit prædicatum; huic autem cum prædicatum sit, non recipit Evangelium. *Remigius.* Vel quia Sodomitæ, & Gomorrhæi inter vitia carnis & hospiales fuisse leguntur, quamvis non tales hospites receperint sicut Apostoli. *Hieronymus* (ibidem.) Si autem tolerabilis erit terræ Sodomorum quam illi civitati quæ non recipit Evangelium, ergo inter peccatores supplicia (2) diversa sunt. *Remigius.* (3) Specialiter tamen Sodomorum, & Gomorrhæorum mentionem facit, ut per hoc demonstraret quia illa peccata sunt Deo magis odibilia quæ fiunt contra naturam, pro quibus delictus est mundus aquis diluvii, quatuor civitates subversæ, & mundus quotidie diversis malis affligitur. *Hilarius* (can. 10. in *Math.* ante med.) Mystice autem instruit nos Dominus non immiseri eorum domibus, aut familiaritatibus qui Christum aut insectantur, aut nesciunt, & in quacumque civitate interrogare quis eorum habitatione sit dignus; idest, sicuti Ecclesia sit, & Christus habitator, neque quoquam alibi transire, quia hæc est domus digna, & iustus hospes. Judæorum autem plures erant futuri quorum tantus in favorem legis affectus esset ut quamvis per admirationem operum in Christum credidissent, tamen in legis operibus morarentur; alii vero exploranda libertatis, quæ in Christo est, curiosi, transire se ad Evangelia ex lege essent simulaturi; multi etiam in hæresim per intelligentiæ perversitatem traducerentur. Et quia istiusmodi omnes penes se esse veritatem catholicam mentiuntur, domo ipsa, idest Ecclesia, caute utendum est.

(e) *Chrysostramus* in hom. (34.) Quia superius Apostolorum removit sollicitudinem, & signorum (4) suorum ostensione eos armavit, consequenter prædicat eis mala quæ debebant eis contingere. Primo quidem ut discerent prædicationis eius virtutem; secundo ut nullus suspicaretur quoniam propter imbecillitatem magistri hæc eis supervenerint mala; tertio ut ipsi sufficientes non obstupescerent, dum inopinabiliter & præter spem evenirent; quarto ut hoc audientes non turbentur in tempore crucis; deinde ut discant quoniam nova hæc prælii lex est. Nudos enim mittit, à suscipientibus jubet cibari, neque in hoc sistit, sed ulterius suam virtutem ostendit dicens: *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum.* Ubi considerandum, quod non simpliciter ad lupos, sed in medio luporum mittit, ut sic suam virtutem magis demonstraret, cum oves lupos superaverint, etiam in medio luporum existentes; & plurimos morsus accipien-

piantes ab eis, non solum non consumuntur, sed & illos convertunt. Multo autem mirabilis est & majus; transmutare mentes eorum quam interficere eos. Inter lupos autem ovium mansuetudinem eos docet ostendere. *Gregorius* in hom. (17. in *Evang.*) Qui enim locum prædicatoris suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare, ut ex ipsa sua mansuetudine iram fumentium mitiget, & peccatorum vulnera ipse in aliis afflictionibus vulneratus sanet. Quoniam & si quando zelus rectitudinis exigit ut erga subditos faveat, furor ipse de amore sit, non de crudelitate; quatenus & jura disciplinæ foris exhibeat, & intus paterna pietate diligat quos foris castigat. Multi autem cum regiminis jura suscipiunt, ad lacerandos subditos inardescunt, terrorem potestatis exhibent, domini videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt humilitatis locum in elationem dominationis immutant, & si quando extrinsecus blandiuntur, intrinsecus sæviunt: de quibus dicitur (supra 7.) *Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Contra quæ nobis considerandum est, quia sicut oves inter lupos mittitur, (1) ut sensum servantes innocentiæ morsum malitiæ non habeamus. *Hieronymus.* Lupus autem scribas, & pharisæos vocat, qui sunt clerici Judæorum. *Hilarius* (can. 10. in *Math.*) Lupos etiam significat omnes hos qui veterano furore in Apostolos desæviturum erant. *Chrysostramus* in hom. (34. in *Math.*) Malorum autem erat eis consolatio mittentis virtus: & ideo ante omnia posuit dicens: *Ecce ego mitto vos*; quasi dicat: Ne turbemini, quoniam in medio luporum mittimini: possum enim facere ut nihil mali sustineatis, non solum lupo non supposito, sed leonibus terribiliores effecti. Sed ita expedit fieri: hoc enim vos clariore facit, & meam virtutem magis divulgat. Deinde ut aliquid etiam à seipsis inferant, & non sine causa coronari æstimetur: subdit: *Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* *Hieronymus.* Ut per prudentiam deviant insidias, per simplicitatem non faciant malum. Et serpentis astutia ponitur in exemplum: quia toto corpore occultat caput, ut illud in quo vita est, protegat. Ita & nos toto periculo corporis caput nostrum, qui Christus est, custodiamus: idest fidem integram & incorruptam servare studeamus. *Rabbanus* (super illud, *Estote prudentes.*) Solet etiam serpens eligere stricatas rimas, per quas transiens veterem pellem exuat: similiter prædicator transiens per angust-

tam viam, veterem hominem omnino deponat. *Remigius.* Pulchre etiam (2) Dominus prædicatores serpentis prudentiam monet habere: quia primus homo per serpentem deceptus est; ac si diceret. Quia hostis callidus fuit ad decipiendum, vos prudentes sitis ad liberandum: ille laudavit lignum, vos laudate crucis virtutem. *Hilarius* (can. 10. in *Math.*) Ille animum primo meliores sexus aggressus est, (3) sed deinde illexit, & communionem immortalitatis spondit. Pari ergo opportunitate, introspecta uniuscujusque natura, & voluntate, verborum adhibenda prudentia est, spes futurorum bonorum revelanda; ut quod ille mentitus est, nos prædicemus ex vero, secundum sponsonem Dei, Angelis similes futuros esse qui credant. *Chrysostramus* in hom. (34.) Sicut autem prudentiam serpentis oportet habere, ut in principalibus non lædamur, sic & simplicitatem columbæ in non vindicando, cum injuria patimur, neque per insidias alicui nocendo. *Remigius.* Ideo autem Dominus hæc duo locavit: quia simplicitas absque prudentia facile decipi potest, & prudentia periculosa est; nisi simplicitate temperetur (4) alicui non nocendo. *Hieronymus.* Simplicitas autem columbarum ex Spiritu Sancti specie demonstratur: unde dicit Apostolus: „Malitia parvuli estote.“ *Chrysostramus* in hom. (34.) Quid autem durius his fiet insidiosis? Non enim sufficiens est pati mala, sed neque turbati conceditur; quod est columbæ: iram enim non per iram, sed per mansuetudinem extinguitur. *Rabbanus.* Quod autem lupi, de quibus supra dixerat, sint homines, ostendit cum subdit: *Cavete autem ab hominibus.* *Glossa* (a) Ideo autem necessarium est ut sitis sicut serpentes, idest astuti: nam secundum suam consuetudinem tradent vos primum in conciliis, prohibendo ne prædicetis in nomine meo, deinde incorrectos flagellabunt vos, tandem ad Reges, & principes ducemini. *Hilarius* (can. 10. in *Math.*) Qui extorquere silentium vestrum, aut conviventiam tentant. *Chrysostramus* in hom. (34.) Mirandum est autem qualiter hoc audientes non statim abscesserint homines, qui flagitium illud numquam egressi fuerant, circa quod piscabantur: quod non virtutis eorum erat solum, sed sapientiæ doctoris. Unicusque enim malorum mitigationem adjungit: urde & hic dicit, *Propter me*: non enim parva consolatio est propter Christum pati: quoniam non ut perniciosis, & nocivi hæc patiebantur. Et iterum addit, *In testimonio illis.* *Gregorius* in hom. (34. in

(1) *Al. omittitur* ut. (2) *Al. deest* Dominus. (3) *Al. omittitur* spe deinde illexit. (4) *Al. alicui* nocendo. *P. Nicolai* omittit.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Non est in *Glossa* quæ nunc extat, sed in *Anselmo*: eam consuetudinem plenioribus verbis explicat, & huic appendici præmittit.

in Evang.) Qui scilicet persequendo, mortem intulerunt, vel qui videndo non sunt mutati. Mors quippe sanctorum bonis est in adiutorium, malis in testimonium; ut inde perverſi sine excuſatione pereant unde electi exemplum capiunt, & vivunt. *Chryſoſtomus* in hom. (34.) Hoc autem eos conſolabatur, non quia aliorum cupiebant poenam, sed ut confidentiam habeant quoniam ubique eum habent præſentem, & præſentem. *Hilarius* (can. 10. in Matth.) Non ſolum autem hoc teſtimonio excuſatio ignoratæ divinitatis admepta eſt perſequentibus, sed etiam Gentibus via pandenda credendi in Chriſtum, pertinaciter, inter ſævientium poenas, conſolationem vocibus prædicatum; & hoc eſt quod ſubjungit, *Et Gentibus*.

(f) *Chryſoſtomus* in hom. (34.) Cum præmiſſis conſolationibus non parvam & aliam apponit; ut enim non dicerent, Qualiter ſuadere poterimus hominibus talibus perſequentibus, perſequentibus exiſtentibus? jubet eos de reſponſione conſidere, dicens: *Cum autem tradent vos; nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Remigius.* Duo autem dicit, *Quomodo aut quid;* quorum unum reſertur ad ſapientiam, alterum ad oris oſſicium. Quia enim & ipſe ſubminitrat verba quod loquerentur, & ſapientiam qua ea proferret, non fuerat neceſſe ſanctis prædicatores (1) cogitare quid loquerentur, aut quomodo. *Hieronymus* (ſuper illud, *Cum autem tradent vos*) Cum enim propter Chriſtum ducamur ad iudices, voluntatem tantum noſtram pro Chriſto debemus offerre. Cæterum ipſe Chriſtus, qui in nobis habitat, loquitur pro ſe, & Spiritus Sancti in reſpondendo gratia miniſtrabitur. *Hilarius* (can. 10.) Fides enim noſtra omnibus præceptis divinæ voluntatis intenta, ad reſponſionem ſcientiæ inſtruetur, in exemplo habens Abraham, cui (2) poſtulant ad hoſtiam Iſaac, non deſuit aries ad victimam: & ideo ſequitur: *Non enim vos eſtis qui loquamini, sed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Remigius.* Et eſt ſenſus: Vos acceditis ad certamen, sed ego ſum qui prælio; vos verba editis, sed ego ſum qui loquor. Hinc Paulus ait 2. Corinth. 13. „An experientiam quaeritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus?“ (a) *Hieronymus.* Per hoc autem ad Prophetarum dignitatem eos reduxit, qui ſcilicet Dei ſpiritu ſunt locuti. Cum autem hic dicat, *Ne ſolliciti ſitis quid loquamini*, alibi dicitur (1. Petr. 3.) „Parati ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcenti vos rationem reddere de ea qua in vobis eſt ſpe.“ Cum

enim in medio amicorum certamen erit, jubemur eſſe ſolliciti, cum autem eſt iudicium terribile, & plebes inſanientes, & timor undique, auxilium à Chriſto præbetur, ut confidenter loquantur, & non obſtupescant.

(g) *Gloſſa* (b) (ord. ſuper illud, *Tradet frater fratrem, & pater filium, & inſurgens filii in parentes, & morte eos aſſicient. Gregorius* in hom. (35. in Evang.) Minorem enim dolorem ingerunt mala quæ ab extraneis, majorem quæ ab illis patimur de quorum mentibus præſumebamus: quia cum damno corporis mala nos cruciant caritatis amiſſa. *Hieronymus* (ibidem.) Hoc autem in perſequentibus fieri crebro videmus: nec ullus eſt inter eos fidus affectus quorum (3) diverſa eſt fides. *Chryſoſtomus*, (hom. 34.) Deinde quod eſt multo horribilius appoſuit, dicens: *Et eritis odio omnibus hominibus.* Ut enim communes orbis terrarum hoſtes, ita eos expellere tentabant. Hinc etiam rursus apponitur conſolatio cum dicit, *Propter nomen meum.* Et cum hoc rursus aliud conſolatorium ponitur, cum ſubditur: *Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Quoniam enim conſueverunt multi in principio quidem eſſe vehementes, poſtea vero diſſolvi, propter hoc ait: Quoniam finem requiro. Quæ enim utilitas eſt ſeminum in principio quidem floreſcentium, poſtmodum autem tabeſcentium? Propter hoc autem ſufficientem perſeverantiam expetit ab ipſis. *Hieronymus.* Non enim cœpiſſe, sed perſeſſe virtutem, quæ ignorant Deum, manifeſtum eſt hoc non licere credentibus unam verum Deum. *Chryſoſtomus* in hom. (35.) Ne autem dicant, Quid igitur ſi perſequentem paſſi fuerimus, & rursus hinc nos abiecerint? hunc deſtruens timorem ait: *amen dico vobis, non conſummabitis;* ideſt non perventis me, circumcuntes Paſſinam, donec vos aſſumam. *Rabanus.* Vel prædicat quod non aut prædicationibus ſuis ad fidem perducent omnes civitates Iſrael, quam reſurrexio Domini fuerit perpetrata, & in toto orbe terrarum prædicandi Evangelium poteſtatis conceſſa. *Hilarius* (can. 10.) Vel aliter. Ex una in aliam fugam ſuadet: quia prædicatio ejus primum à Judæa eſtugata tranſiit ad Græciam; deinde diverſis intra Græciæ urbem Apoſtolorum paſſionibus fatigata, tertio in univerſis Gentibus demoratur. Sed ut offenderet, Gentes quidem Apoſtolorum prædicationi credituras; verum ut reliquum Iſrael crederet, eſſe adventui ſuo debitum, ait: *Non conſummabitis civitates.* *S. Thom. Op. Tom. VIII.*

25.)

(1) *Al. deest cogitare.* (2) *P. Nicalai habet* poſtulado. (3) *Al. divisa.*
 Ex edit. P. Nicol. (a) *Chryſoſtomus* hom. 34. (b) Non eſt in Gloſſa qua nunc extat, sed in Anſelmo: eſt ſequentem appendixem ex Gregorio ſumptam Gloſſa reſert, ejus nomine non expreſſo.

25.) In Chriſto namque perſeverare, eſt in fide ejus permanere, quæ per dilectionem operatur.

(h) *Chryſoſtomus* in hom. (35.) Poſtquam prædixit terribilia quæ poſt crucem, & reſurrectionem, & aſcenſionem eis erant ventura, rursus ducit eos ad manſuetiora: non enim juſſit eos ad perſequentem audaciter ire, sed fugere: unde dicit: *Cum autem perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam.* Quia enim iterum principium erat converſionis eorum, condecente utitur ſermone. *Hieronymus* (ſuper *Cum perſecuti*.) Hoc enim ad illud tempus referendum eſt, cum ad prædicationem Apoſtoli mittebantur, quibus & proprie dictum eſt: *In viam Gentium ne abieritis:* quod perſequentem timere non debeant, sed declinare. Quod quidem videmus in principio feciſſe credentes, quando orta Hieroſolymis perſequentia, diſperſi ſunt in univerſam Judæam, ut tribulationis occaſio fieret Evangelii ſeminarium. *Auguſtinus* cont. Fauſt. (Lib. 22. cap. 39.) Neque tamen Salvator (1) non poterat tueri diſcipulos ſuos, quibus fugere præcipit, & hujus rei prior exemplum præbuit; sed inſtruetur hominis inſimilitatem, ne Deum tentare audeat quando habet quid faciat, ut quod cavere oportet, evadat. *Auguſtinus* 1. de Civit. Dei (cap. 23.) Porci autem eos admonere, ut ſibi manus inferrent, ut non in manus perſequentium devenirent. Porro ſi hoc ille non juſſit, aut monuit, ut hoc modo fue ex hac vita emigrarent, quibus migrantibus ſe manſionem æternam præparaturum eſſe promiſit; (2) quælibet exempla opponant gentes, quæ ignorant Deum, manifeſtum eſt hoc non licere credentibus unam verum Deum. *Chryſoſtomus* in hom. (35.) Ne autem dicant, Quid igitur ſi perſequentem paſſi fuerimus, & rursus hinc nos abiecerint? hunc deſtruens timorem ait: *amen dico vobis, non conſummabitis;* ideſt non perventis me, circumcuntes Paſſinam, donec vos aſſumam. *Rabanus.* Vel prædicat quod non aut prædicationibus ſuis ad fidem perducent omnes civitates Iſrael, quam reſurrexio Domini fuerit perpetrata, & in toto orbe terrarum prædicandi Evangelium poteſtatis conceſſa. *Hilarius* (can. 10.) Vel aliter. Ex una in aliam fugam ſuadet: quia prædicatio ejus primum à Judæa eſtugata tranſiit ad Græciam; deinde diverſis intra Græciæ urbem Apoſtolorum paſſionibus fatigata, tertio in univerſis Gentibus demoratur. Sed ut offenderet, Gentes quidem Apoſtolorum prædicationi credituras; verum ut reliquum Iſrael crederet, eſſe adventui ſuo debitum, ait: *Non conſummabitis civitates.* *S. Thom. Op. Tom. VIII.*

Y 2

(1) *Al. quia non poterat tueri diſcipulos ſuos, ideo fugere præcipit.* (2) *Al. quæ licet.* (3) *Al. Chriſtus.* (4) *Al. licet licentia.* (5) *Al. in futurarum paſſionum ſolacium.*

Iſrael; ideſt poſt plenitudinem Gentium, quod erit reliquum Iſrael ad implendum numerum ſanctorum, futuro claritatis Chriſti adventu eſt in Eccleſia convocandum. *Auguſtinus* in epiſtola (180.) ad Honor. Faciant ergo ſervi Chriſti quod præcepit, vel permiſit: ſicut (3) ipſe fugit in Aegyptum, fugiant omnino de civitate in civitatem, quando eorum quiſquam ſpecialiter à perſequentibus quaeritur: ut ab aliis qui non ita requiruntur, non deſeratur Eccleſia; sed præbeant cibaria conſervis, quos aliter vivere non poſſe norunt. Cum autem omnium, ideſt Episcoporum, clericorum, & laicorum, eſt commune periculum, hi qui aliis indigent non deſerantur ab his quibus indigent. Aut igitur ad loca manita omnes tranſeant, aut qui habent neceſſitatem remanendi, non relinquuntur ab eis per quos illorum eccleſiaſtica eſt ſupplenda neceſſitas: ut vel pariter vivant, vel pariter ſufferant quod eos paterfamilias volet pati. *Remigius.* Præterea ſciendum eſt quod ſicut præceptum perſeverandi in perſequentibus ſpecialiter ad Apoſtolos pertinet, & ad eorum ſucceſſores viros fortes; ſic (4) licentia fugiendi ſatis convenit infirmis in fide, quibus condeſcendit prius magiſter: ne ſi ſe ultro ad martyrium obtuliſſent, fortatiſis poſiti in tormentis negarent: levius enim erat fugere quam negare. Sed quamvis fugiendo perſe, manifeſtum eſt hoc non licere credentibus in ſe non oſtenderent, tamen magni meriti erant, quoniam omnia pro Chriſto parati erant deſerere, ſcilicet fugiendo. Niſi autem illis licentiam fugiendi deſiſſet, dicerent eos aliqui alienos eſſe à gloria regni cæleſtis. *Hieronymus* (ſuper *Cum perſecuti vos fuerint*.) Spiritua-liter autem poſſumus dicere: *Cum perſecuti vos fuerint in una civitate,* hoc eſt in uno Scripturarum libro, vel teſtimonio, nos fugiamus ad alias civitates, ideſt ad alia volumina: quamvis enim contentioſus fuerit perſecutor, ante præſidium Salvatoris adveniet quam adverſarii victoria concedatur.

(i) *Chryſoſtomus* in hom. (35.) Quia futurum erat ut diſcipuli cum præmiſſis perſequentibus etiam diſſamati malam opinionem paterentur, quod multis oneroſius eſſe videbatur, hic eos conſolat ut ſeipſo. Vel aliter. Ex una ſunt dicta; cui conſolationi nulla poterat eſſe æqualis. *Hilarius* (can. 10. in Matth.) Dominus enim lumen æternum, dux credentium, & immortalitatis parens, diſcipulis ſuis (5) futurarum paſſionum ſolacium ante præmiſit, ut gloriæ loco amplectamur, ſi Domino noſtro vel paſſionibus adæquemur: unde dicit: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper dominum ſuum.*